



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ethicæ Doctrinæ Elementa, Et Enarratio Libri quinti  
Ethicorum**

**Melanchthon, Philipp**

**Witebergae, 1583**

**VD16 ZV 20638**

III. Argumentum.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56560](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-56560)

n ed  
illa d  
Et u  
adu,  
Euan  
ertum  
santu  
ersua  
b ipso  
denter  
m co  
ipulos  
nsfor  
erunt  
ris in  
e con  
Non  
Cum  
ffici  
expe  
rma:  
lucta  
osam  
itate,  
st Es  
quo  
tum

num est. Hunc audite. Huic singulos obtene  
re oportet, non expectatis hominū decretis.

### III. Argumentum.

Tantum iuris habet inferior in ditione  
aliqua, quantum superior dominus  
attribuit.

Superior prohibuit mutationes tan  
quam in suis præfecturis, aut in sua  
domo.

Ergo sine eius voluntate non est facien  
da mutatio.

Respondeo ad maiorem. Tantum vera est  
ius de iurisdictione politica, et redditibus, et  
ambibus negotijs, proprie pertinentibus ad ius  
superiorum. Non potest autem superior domi  
nus prohibere aliquid mandato diuino præce  
sum, ut illustria exempla sunt in historia Da  
nielis. Et Apostoli dicunt, Oportet Deo magis  
audire, quam hominibus.

Manifestum est enim, confessionem omni  
gradibus hominum pariter præcipi, Magis  
tibus & priuatis, dominis & seruis, Parenti  
bus & filiis, iuxta illud: Qui amat patrem aut  
matrem plusquam me, non est me dignus. In fami  
li confiteri Euangelium etiam serui debent, vt  
dicunt Ioseph, & socij Danielis.

Filia Licinij Imperatoris Irene nihil verita  
tulentiam patris, qui Christiano nomine ini  
micissie

286 DE DIS. POTEST. P. O. L.

micissimus fuit, Lares & reliqua simulacra in  
paternis ædibus singulari fortitudine contrivit.

Vir nobilis in vrbe Nicomedia, inspectante  
populo concerpit publicas literas à Diocletiano  
propositas, de interficiendis Christianis.

Tempore Iuliani, non procul ab Antiochia,  
filius Ethnici sacrificuli, colligit simulacrum A-  
pollinis anulsum à basi.

Valentinianus, qui postea imperator factus  
est, cum esset tribunus militum, sacrificulo Eth-  
nico afferenti lustralem aquam, ante locum su-  
erificij colaphum impegit, præsente Iuliano im-  
peratore.

Cum igitur & præceptum Dei & exempla  
congruentia cum præceptis ostendant, quid ope-  
rat singulos facere, superiores & inferiores, do-  
lendum est sèpè diuersum fieri, ut in querela  
apud Michæam dicitur: Princeps postulat, &  
iudex colludit. Et qui prætextus querunt, ad ex-  
cusandum impietatem, sic ludunt, ut milites in  
historia Christi, cum velant eius oculos, & dant  
colaphos, ac iubent vaticinari, à quo colaphum  
acceperit.

ALIA QVÆSTIÖ.

DE EXCOMMUN-  
NICATIONE.

Ante paucos annos fuit electus Moguntinus  
Episcop.